conuertentur à ſua ignorantia ? Oues malæ, & à uituperio actus earum ipſis ueniunt, ſed prius à dubitatione. Dixerunt patrem argenti & auri eſſe in terra & mari, Quidam dixerunt eſſe in arboribus, alij dixerunt in lapidibus, & abbreuiati ſunt in his ſuper erroribus, ex credulitate rerum incertarum, & remouerunt laudabilia, ueram ſignificationem ſcientiæ, ex maſculis, hircibus oculis uidere, res manifeſtas ex oculis uirorum & mulierum. Per dicta, ſi conſideramus ſtellas, nō eſt inter nos diuerſitas, in hoc, quod opinamur.

Ex his & per hoc præparat ſapiens, & per hoc operatio noſtra ſurgit, per ſeras uel per aperientes ſeraturas. Per Deum ſi porrecta fuerit, ad eum palma, non reuertetur uacua, & hoc adulterat occupationem eius in eo, nec ſcit, quę ſit peruentio, nec clauis, nec mutat ſeras, & coagula tinctorum, propterea non peruenit ad artem.

Et quidquid figitur de duobus, ex uno ſimiliter poteſt figi, ſumenda eſt pars alia in ſcientia, abſque partibus, & factum